



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXVII. V. det rati habitio Sacerdoti facultatem absoluendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Datne ratihabitio Sacerdoti facultatem absoluedi?

*Quæstio
XXVII.*

DVplex est ratihabitio, vna de futuro; quando videlicet Episcopus postea cognoscit sufficientiam alicuius, & ratum habet, quod fecit; Verbi gratia: Ego non sum expositus ab Episcopo, vt audiam Confessiones; credo tamen, quod, si accederem eî, & hoc nomine compellarem, potestatem illam audiendi Confessiones, mihi non negaret. Hæc ratihabitio non sufficit, quia essentia Sacramenti non pendet ex aliquo futuro; ac proinde ratihabitio non potest validum, aut inualidum facere Sacramentum.

Respõsio.

Alia est ratihabitio de præsentî, putà, quia Episcopus de præsentî vult, vt audiam; licet mihi nihil dixerit; sed ego scio eius voluntatem, & hæc ratihabitio, dicunt aliqui, quod sufficit; quia Episcopus cõmittit vicem suã per voluntatem.

Ego nescio, an hoc sit; nam quamuis Iudex Ecclesiasticus liberè exercent suã iurisdictione, tamen quia hæc potestas est in foro Ecclesiastico, videtur quod non possit exercere illã iurisdictionem, nisi actu exteriori; sicut non posset Episcopus actu interiori excommunicare, vel absoluere, vt tenet probabilior, & verior opinio. Si ergo hoc verum est (vt ego credo) sequitur, quod per solam complacentiam Episcopus non potest communica-

L 6 re suam

Caput VI. De Ministro

re suam potestatem, cum hoc fit uti iurisdictione.

Nulla igitur rati habitio sufficit, tametsi videat & taceat Parochus aut Episcopus, ut integrum sit simplici Sacerdoti, aut Confessione audire, aut absolueret: sed requiritur expressus Superioris consensus; cum alteri sententiae neque ratio neque vis, neque (quod sciam) laudabilis vlla suffragetur Ecclesiastica consuetudo.

Questio *Possumtne habentes potestatem eligendi Confessarium, legitimè quibuslibet confiteri?*
XXVIII.

Responso. **T**Ales eligere possunt, quoscunque volunt Confessarios; quia ad Absolutionem tantum duo requiruntur, videlicet, Potestas ordinis, & Iurisdictionis, cumque Potestatem ordinis quilibet Sacerdos habeat, potestatem Iurisdictionis tum is ipse concedit, qui concessit privilegium; & sic poenitentes non eligunt eum, qui est Confessarius, sed per electionem propriam, si antea non erat, faciunt Confessarium; sicut cum eligitur Episcopus, non eligitur ille, qui erat Episcopus, sed qui non erat, eligitur in Episcopum.

Ratio huius manifesta est, quia in hoc solo differt Sacerdos habens iurisdictionem a non habente, quod ille habet materiam, hic autem non; & huic nihil aliud deficit ad hoc ut possit absolueret, nisi materia circa quam exerceat